



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 99. Græcorum cæcitas ad Mahometis molimina

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

tesimo vigesimo septimo fatis functa est; Sæcul. XV.  
 Tertia fuit Margarita, quæ innupta de- A.C. 1452.  
 cessit Anno millesimo quadringentesimo  
 decimo octavo; & altera Margarita pri-  
 mo copulata Ludovico III. Andegaven-  
 sium Duci, qui Neapolis ac Siciliæ Rex  
 nuncupabatur, postea Anno post Christum  
 natum quadringentesimo quadragesimo  
 quarto supra millesimum Ludovico Electo-  
 ri Palatino, post cujus obitum, qui contigit  
 Anno Incarnationis Dominicæ millesimo  
 quadringentesimo quinquagesimo primo,  
 tandem Ulrico Leucoreæ Comiti tertiiis nu-  
 ptiis juncta. Hic Margaritæ conjugi suæ,  
 quæ Anno millesimo quadringentesimo se-  
 xagesimo octavo humanis rebus erepta  
 est, superstes vixit.

### §. XCIX.

#### *Græcorum cæcitas ad Mahometis molimina.*

Quamvis Mahometes conceptum Con- Phranz. l. 3.  
 stantinopolitanæ urbis obsidendæ cap. 8. p. 17.  
 consilium nonnisi paucissimis familiarium Chalcond. l. 8  
 suorum detexisset, nihilominus Græco- Leunclav in  
 rum Imperator ex insolito apparatu, quo Pand. num.  
 instruendo Mahometes integrum annum 128.  
 insumpserat, infausta quæque sibi omina-  
 batur: quo circa ut ejus consilia, quantum  
 posset, everteret, omni ope & opera con-  
 tendit, nilque intentatum reliquit, ut

Hist. Eccles. Tom. XXVIII. Z arcis,

Sæcul. XV. arcis, quam Sultanus, ut supra memora-  
A C. 1453. vimus, ad Bosphori fauces erigere cœpit,  


---

 perficiendæ studia prohiberet. Verum  
*Turco-græc.* provido Imperatoris consilio obſtēbant  
*lib. 1.* cives, veriti, ne Mahometis iram ſibi ve-  
 hementius accerferent; quinimo eo cœ-  
 citatis prolapsi ſunt, ut ipſimē propugna-  
 culo citius confiēdo ſuam locarent o-  
 peram, ac neceſſaria quæque ſuppedita-  
 rent, ſtulta virium ſuarum jactantia per-  
 ſuati, ſe hanc molem, ſi ipſis moleſta  
 foret, nullo negotio eversuros. Aliorum  
 tamen Scriptorum testimonio diſcimus,  
 Græcos ſuis viribus diſſidentes, ad Nico-  
 laum Pontificem conſugiffiſſe, ſuppetias pe-  
 tituros; Papam vero juſta indignatione  
 in eos concitatum opem negaſſe. Platina  
 hanc in rem ita ſcribit: *Ipsi Pontifici*  
*in animo fuit, claſſe, & milite Constantino-*  
*politanos juvare; Verum adeo repente urbs*  
*illa capta eſt, ut vix de mittendo auxilio*  
*cogitare licuerit.* Æneas Sylvius claſſem  
 a Venetis, ac Genuensibus, & Catalaniſ  
 instructam fuifſe teſtatur.

*Antonin.*  
*S. 14.*  
*Æn. Sylv.*  
*epiſt. 155.*  
*Platin. in*  
*Nic. V.*  
*Æn. Sylv.*  
*ut ſupra.*

### §. C.

*Constantinopolis a Mahomete dupli-  
 exercitu cincta.*

*Ann. 1453.* Adveniente igitur Vere præſentis anni  
*Chalcond. 1.8* millesimi quadringentesimi quinqua-  
 gesimi tertii, Mahometes immensas tam  
 ex